

LIBER PRIMVS

83

semodius. Humidorum & siccorum simul, Sextarius, hemina, acetabulum, cyathus, ligula. Haftenus Romanas mensuras, sequenti libro Graecas exponā.

GEORGII AGRICOLAE

LIBER SECVNDVS DE MENSURIS  
Graecis.



ROMANAS mensuras eò pluribus primo libro tradidi, ut ipsas lectori, quoad fieri posset, explicatas & dilucidas exhiberem. quā ob rē si cui longior uisus sum, is sciat me maluisse in hanc partem peccare potius quā in obscuritatem incidere, in re tam perplexa breuitati nimis cōsulendo. Mea quoq; contra doctissimorum hominum opiniones diligenter quidem minimeq; remisse, non tamen petulanter aut arroganter defendere uolui: adeo ut si docti etiā iudicaret, opera, studio, labore meo Romanas mēsuras, qd ad earū capacitatem attinet, è tenebris quasi erutas, tandem suam lucem uere recipisse. equidē hāc laudem mihi soli non arrogarē, sed partiēdam eam cum Budæo,  
I 2 Alciato,